

10. Quicquid de Chiliasmo hodie Fanatica somniant ingenia, omne est contra Scripturam & A. C. \*
11. Licet homo statim post mortem subeat iudicium parziale illud tamen totale in totum compositum non tollit. Matth. XXV. \*
12. Judicabuntur omnes & singuli in extremo iudicio juxta Christi Evangelium. Joh. XII. 48. Marci XVI. 16. \*
13. In extremo iudicio electorum peccata revelanda esse merito dubitatur. Joh. III. 18. Es. XLIII. 24. \*
14. Cœlum & terram quoad ipsam substantiam peritura esse, ipsa literæ claritas docet. Luc. XXI. 33. Apoc XXI. 1. sq. \*
15. Hæc Consummatio admodum probaliter insequitur deum post resurrectionem & iudicium. \*
16. Il, qui vera fide in Christum ex hac vita discesserunt, non tantum quoad animam, verum etiam quoad corpus, æterni gaudii in futuro seculo participes erunt. Matth. X. 22. 1. Petr. I. 4. 8. 9. Phil. III. 21. \*
17. Specifica vitæ æternæ forma consistit radicaliter in intellectu, in perfectissima, pro finiti tamen intellectus mensura, omnium mysteriorum Divinorum apprehensione & consequenter in omni boni cogniti amore. 1. Cor. XIII. 12. 2. Tim. II. 19. Joh. XVII. 3. \*
18. Probabilius est, nos in futura vita DEUM oculis nostris corporeis visuros esse. Job. XIX. 26. 27. 1. Joh. III. 2. \*
19. Damnatorum pœna non tantum erit omni boni privata, verum etiam omni mali positiva. \*
20. Damnatos in ipso infernali statu adhuc peccare, tam diu certum est, quam diu peccare, est, contra legem agere. \*
21. Neq; homines, neq; Angeli, semel ad infernum detrusi, ullam habent futuræ aliquando liberationis spem. Marci IX. 44. Matth. XXV. 46. \*
22. Per Restitutionem omnium Act. III. nihil aliud intelligitur, quam impletio eorum quæ à Prophetis prædicta. \*

§(O)§

Coll. diss. A. 788, misc. 8